


EMBLEMA CLIX.

Nil ultra in terris:

CLIX.

Cursus hic terminus esto.

Grande maris tandem fessi tranauimus æquor,
 Non procul à portu iam mea puppis abest:
 Conspicio alterius iam promontoria vitæ,
 Bustaque, quæ video, vociferantur, adest.
 Ergo meæ excipiant quassatæ carbasæ proræ,
 Quæ stant in sacro multa sepulchra loco.
 Hic terræ finis; patrij hæc sunt ostia portus,
 Littore in hoc sistit nauita quisque ratem:
 Quicquid plus ultra est, portus vel carcer habetur,
 Ille bonis requies, pœna sed iste malis:
 Si bene non fidas rector sua vela per vndas
 Duxit, & in portum plena carina redit,

Canta